17.

Regis Johannis über die Waydt Niederlage 1339.

Nos Johannes Dei gratia Bohemiæ Rex ac Lucemburgensis Comes, Notum esse volumus tenore præsentium universis quod Nos dilectorum nostrorum fidelium Civium Civitatis Gorlicensis commoda et profectus ampliare cupientes, ut sub nostro regimine conditio ipsorum meliorationis suscipiat notabile incrementum, Volumus, Statuimus et perpetuo et pro speciali gratia eis concessa, sancimus, ut universi Mercatores seu negotiatores apportantes Sandicem seu tincturam, quæ Waÿt vulgariter nuncupatur, undecumque venerint et quando applicaverint in districtum seu territorium Budissinensem et Gorlicensem ipsam Sandicem vel tincturam in Civitate nostra Gorlicensi duntaxat et non alibi deponere debeant ipsamque ibidem vendere et de ipsa facere et deponere, prout antiquitus con-

Sandix in Civitate Görliz et non alibi deponi debet.